tatur enim â Pſeudoprophetarum doctrinâ. Diligenter itaq́, illam perpendentes conſiderabimus:

I, Propoſitionem Chriſti dehortatoriam cum delineatione falſorum Prophetarum conjunctam.

II. Confirmationem ſive argumenta ipſius.

III. Præoccupationem ſive reſponſionem ad quandam objectionem.

DE I. LOCO.

I. Cavete vobis: Propoſitio à Pſeudoprophetis. Vocabulum prophetæ generali ſignificatione accipitur pro quovis doctore. 1. Cor. 14

VSVS.

1. Longè errant, qui putant, auditores & ſubditos eſſe excuſatiſſimos, ſi ſequuntur autoritatem ſuperiorum. Chriſtus enim dicit omnibus: *Cavete vobis:* & oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Probate itaq; Spiritus, an ex Deo ſint, &c. Acto. 5. 1. Joh. 4.

2. Chriſtus nominans falſos doctores Pſeudoprophetas: Innuit illos etiam habere excellentia dona. Licet autem Angelus de cœlo aliud Evangelium prædicaret, quàm Apoſtoli prædicaverunt, maledictus ſit, &c. Galat. 1.

3. Falſi